Pii interim cives ad vicina se recipiebant oppida. Vel ad Gottingam, ubi tunc rexit ecclesiam doctor Joachimus Morlinus [3]), vel Helmershusium, oppidum Hassiae, in quo degebat exul ipsorum fidus pastor Johannes Molnerus Burensis, abibant propter auditum verbi Dei, tum propter verum usum et perceptionem eucharistiae.

Vitus Cotius, concionator in collegio, agnoscens suum lapsum, vulnere conscientiae tangitur et cum Petro deplorat suam ab evangelio defectionem. Itaque ex animi maerore incidit bonus vir in morbum gravem, quo periit. Huic substituitur monachus

---

post Crucis inventionem *(5. Mai)* iidem DD. Visitatores Capitulo Sti. Petri iniungunt, ut Praedicatorem Vitum Coci a Dnis. Capitularibus in Ecclesia sua dicta praesentatum et a Dnis. Visitatoribus male informatis approbatum ex eo, quod a vera religione deflecteret, et ob alias circumstantias amoveant aliumque cum Decani sui consensu Praedicatorem seu Sacellanum eius loco constituant, damit Unß ahne noht sey, sothanes an Unsern gnedigen Herrn von Paderborn zu pringen." — *Bischof Rembert von Paderborn berichtete über die Einführung des Interims an den Kaiser, Höxter habe es, und er hoffe,* „es soll mit der zeit recht thun, wiewoll das volk noch etwas rohe" *(A. v. Druffel, Briefe und Akten zur Geschichte des 16. Jahrhunderts Bd. 3, München 1882, S. 158). — Auf die Nachricht des von Paullini gefälschten Chron. Hux. (a. a. O. Stück II S. 155), 1550 hätten die meisten Kleriker die Augustana unterschrieben, ist nichts zu geben. Vgl. Löffler S. 262.*

[1]) *In der Matrikel ist er nicht verzeichnet.*

[2]) *D. h. dieser war damals Rektor. Vgl. unten (W 1094).*

[3]) *Vgl. über ihn die Realenzyklopädie. Er wurde aber am 17. Januar 1550 von dort entlassen.*

aliunde vocatus, qui docuit in magna templi vastitate. Illo iterum amoto succedit quispiam sacrificulus, qui quoque concionatur paucis admodum auditoribus.

Adamus Sifridus[1]) circa annum 1550. incipit templo Kiliani, quod caruit pastore, adhibitis aliquot scholasticis recitare evangelia, epistolas dominicales, catechismum Lutheri et canere psalmos Germanicos. Tandem praeficiunt isti templo Henricum Loesen[2]) obsecuturum Caesaris formulae, quo demum remoto succedit Philippus Nagelius, qui antea in Alverdissen, oppido comitatus Lippiae, et alibi ore quidem mediocriter docuerat, sed vita doctrinam turpissime conspurcaverat, quod etiam hic fecit. Sed hoc latius exponetur. *W 1088.*

Revocatur instantibus civibus in pastorem ad s. Petrum ex permissione capituli et collegii Johannes[a]) Molnerus Burensis ex vicino oppido Helmershusio, qui iterum incipit pure docere et etiam semper puram duxit vitam. Cum autem is videret ut vir sedatus et tranquillus Philippum Nagelium pristinam vitam revocare et in effectum producere, hoc est adulterari, scortari, potare et egregie Epicuraeam vitam ducere, graviter hoc turbavit bonum senem Molnerum, et adhibitis diaconis ad s. Kilianum amice, pie et sancte admonuit Philippum sui officii et ad paenitentiam eum hortatus est. Sed Philippus factum negat et diris se devovens exsecrationibus, item peiurationibus prolatis dicit id confictum esse seque esse a tali turpitudine purum. Deinde addit se velle suam testari in hac re innocentiam sumptione eucharistiae. Postea omnem quaerit occasionem bonum senem admonitorem suum (cum Paulus velit eos in pretio habendos, qui nos[b]) monent) perstringendi in publicis concionibus. Itaque saepe et in ipsum et in alios bonos viros debacchatur, calumniis et convitiis multos honestos homines et pios proscindit[c]) et contumeliosa indignaque evomit in istos, ut hac ratione se purgaret et multis hominibus

a) *fehlt W.* b) *B und W:* eos. c) *A, B und W:* proscindi.

[1]) Adamus Sigifridus Hoxeriensis *hatte in Wittenberg studiert, wo er am 13. Mai 1549 immatrikuliert wurde (Album 1, 246), und war, wie Hamelmann nachher (W 1094 f.) angibt, Konrektor.*

[2]) *Bei Falcke S. 96 und im Lagerbuch der evangelischen Gemeinde wird er Lose genannt.*

os obstruere posset. Sed quia loquacitate, concitatione et sonora voce, quibus in concionibus valuit plurimum, sibi multum favoris conciliaverat apud plebem, quibus hoc accessit, quod tempore pestis visitatione infirmorum et laborantium diligenti quoque aliquorum animos conciliaverat, deinde se bibulis, prodigis et hominibus levibus adiunxit et cum illis quotidie vixit, dividitur igitur ecclesia nondum ex interimistica labe eluctata in schismata et partes. Nam etsi evidens et notorium esset Philippi factum, tamen habuit multos, qui eum defendebant. Alii ex odio et malevolentia quorundam cum ipso faciebant.

Cum haec videret senatus, statuit hominem amovere et ad festum paschatis vocat in eius locum virum pium et doctum Henricum Palsterum[a]), senatui a domino Johanne Winnistedio,
*W 1089.* primo evangelista Huxariensium, commendatum. Verum dum ille in suo adventu moram traheret, hic lachrymando, peiurando, infitiando et patheticis verbis sese insinuat in amorem et consuetudinem civium et sibi illos tam arcte devincit, ut vi et armis quoque sub vestibus occultatis senatus sententia exautoratum in sua statione et officio retineant, servent et defendant. Hinc factum est, ut dum Palsterus veniret, ferret repulsam. Nam senatus metu gravioris tumultus hominem removere et Palsterum in eius locum substituere non audet. Interim manet ibi per semestre et diebus dominicis hora pomeridiana docet Palsterus. Sed cum ipse multa inordinata videret in ista ecclesia, maluit ipse tandem ultro discedere, quam ibi haerere.

Fretus ita factiosorum et fascinatorum civium patrocinio manet in officio Philippus Nagelius. Et quamquam se paululum ad tempus contineret, tamen ad vomitum rediit cum cane mox pergens scortari omniaque sua obsonia et, quicquid habebat, ad scorta ex aedibus transferre. Nec ipsum puduit Molnerum aliosque bonos et pios ipsius admonitores publice in concionibus perstringere et falsissime haereseos anabaptismi et seditionis accusare. Etsi ille magna devotione saepe communicaret cum plebe, et scortum quoque eius ad communionem similiter accederet saepe, tamen oblitus sui in singulis concionibus ita suos, ut diximus, ad-

a) *B und W:* Plasterum.

monitores depinxit. Aliquando negavit suam uxorem, etsi [a]) cum illa ad annos 25 vixisset in coniugio et ex ea sustulisset octo vel novem liberos. Interdum et ipsa publice de eius sceleribus apud multos saepe conquesta est. Cum autem pergeret in suo malo proposito et scortari et crapulari non desineret aliosque bonos viros diffamare male exercitatus in scripturis, homo omnis literaturae expers, convenerunt boni viri et statuerunt concionatores urbis Francofortianae ad Moenum super hac re consulere et deinde totum negotium quoque per literas Casselianis ministris exponere. Inter hos, qui id in usum ecclesiae tentabant, erant Johannes Molnerus Burensis concionator, Paulus Grevenius rector scholae, Johannes Siffridus conrector, Justus Rolandus civis et plerique alii.

Consulti doctores in urbe Francofortiana hoc subsequens dedere responsum [1]).

Wan [b]) die Sache mit dem predicanten also helt, wie wir davan berichtet sindt, das er ein hurer oder ehebrecher, myt seynem leben die gemeyne geergert unnd darzu sich hoch vorschworen hat, das er unschuldich sei, da ers doch nicht leugnen konne, da *W 1090.* ime auch umb solcher seyner handlunge willen eyn erbar rath bey Euch urlaub geben hat und man auch [c]) uber das zweiffelt, ob auch die frawe, so er hat, seyne eheliche hausfrauwe sey, und er endlich ungeschickt ist und von Christo dem Heren seyner gotheit und menscheyt halber, was den zorn und gnad Gottes betrifft, etwas sunderliches und eyn irrige meynunge furgibt, wie uns dan itz newlich dasselbe ist furbracht worden, wolthen wir rathen, so sich eyn sollicher fall by uns begebe, das man in bey den urlaub, denn man im umb seyner hurerey willen eynmahl hat geben, solte bleiben lassen und ob er schon nach gegebenen urlaub weiter gepredigt (welcher doch billicher wer, so man im auch als baldt de cantzel vorbotten hette), das men doch eynen solchen

a) *B und W:* et. b) *W schiebt hier* sich *ein.* c) *A:* euch.

[1]) *Bei seinen Beziehungen zu Hartmann Beyer und Matthias Ritter (vgl. oben S. 237 Anm. 1 und die bei Leuckfeld (passim) mitgeteilten Briefe) kann Hamelmann aus Frankfurt eine Abschrift bekommen haben oder Siffridus oder Hoitbandt haben sie ihm aus dem Kirchenarchiv geliefert. — Im Stadtarchiv und im Archiv des evangelisch-lutherischen Ministeriums zu Frankfurt ist das Schreiben jetzt nicht mehr vorhanden.*

ergerlichen menschen des predigamts solte entsetzen. Dys duncket uns der negeste unnd beste wegh seyn, damyt der kirchen von anstoß und ergernuß und predichampt van lestern der widersacheren moge geholffen werden. Dan wen er schon offentlich sein schuldt bekente und umb vorzeihung bete (welches er doch, wie wir horen, zuthunde nicht begert, sundern noch allererst, de er geergert hat, ubel als widertheuffer außtregt und andere predicanten verachtet und eyn thumkuner schreyer ist), so were es doch geferlich, einen solchen im ampte zu lassen. Dan allewegen zu besorgen wehre, er wurde bleiben, wie er ist und wurde seyne predicht nichts geltenn, so er selbst dieselbige authoritet zu nichte gemacht hat unnd auch machen wurde, das das predigambt unnd andere prediger wurden vorachtet werden, wie dan gemeynlich geschicht, wo die prediger ergerlich leben. Es kan̄ das predigambt nicht ungetadelt und die prediger nicht unvorachtet bleibenn. Und trachtet das volck nicht viel nach eynen gotsaligen leben, wan die prediger unstrefflich sich haltenn und recht lehren, waß solle allererst bey eynem solchen ergerlichen menschen guts zu vorhoffen seyn, der dazu auch ungeschickte dinge lehret? Die eynen solchen menschen ins predigambt setzen oder, da er umb seiner mißhandelung willen vorurlaubt ist, wider auffnehmen und lehren lassen, die thun Christo, seinem worth, dem predigambt und allen fromen und trewen lehrern eyn grosse unehr an, geben darmyt ursache, das de widersacher ubel vom evangelio unnd evangelischen predigeren reden, das sich viel schwacher und einfaltiger leuth ergeren unnd viel godtsaliger leuth damit geergert und hefftig vorletzet und der heilige Geist in inen betrubet wirdt. Paulus leret eyn rechte form eynes predigers, dar auß leicht abzunhemen, das eyn solch ergerlich mensche in keinen wege im ampte sey zu dulden, und die obricheit sein auch schuldig, fleissig auffsehens zu haben und rechte tuchtige leuthe eynes erlichen
*W 1091.* wandels und guten getzeugnuß zu solchen ampt zu forderenn, ungeschickte ergerliche leuthe entsetzen und solches alles myt rathe gotsaliger gelerter leuthe, auff das ere underthanen myt heilsamer lehr unterrichtet werden mugen. Wo man dussem allenthalben also nachkeme, wurde man nicht so veel ungeschickts wesens befinden, wie man an vielen orten spuret. Dyß ist in

dissem vall unser bedencken, dan wir vurnemblich seen auff Christi ehre und aufferbawunge syner gemeyne, welche dorch eynen solchen menschen nicht gefordert werden konnen. Der kirchen Gottes eynige erloßer wolle seine kirchen wider ergernuß der hellenpfortenn beschutzen unnd erhaltenn!

Alle predicanten zu Franckfurth samptlich und sonderlich.

Dussen Radtschlag underschrieben alle prediger zu Cassel.

Caspar Kauffingen.
Dionysius Melander.
Balthasar Reidenhausenn.

Literas autem praedictorum de Philippo Nagelio ad Cassellianos ministros datas exhibuerunt principi Hassiae Philippo isti concionatores Casselliani. Princeps vero mox graviter scripsit ad senatum Huxarianum de dimittendo et abigendo tam impio concionatore [1]). Cum autem haec lantgravii scripta deferrentur ad senatum Huxarianum, is profecto iniquissime hoc fert, quod quidam ex suis citra et extra senatus suffragium et sententiam huiusmodi rem attentassent, et cum cognovissent huius actionis autores fuisse Johannem Molnerum concionatorem, Paulum Grevenium et Johannem Sifridium, gubernatores scholae, et civem Justum Rolandum, illos mox in curiam vocant et tres priores officio deponunt et Rolandum suis aedibus includunt, veniuntque isti in discrimen apud consules Henricum Siverdes, Johannem Groeven, Henricum Kramer, Godscalcum Luleffs et totum senatum. Ideo isti Casseliam mittunt Sifridum, ut ibi causam suam et sociorum agat, ubi et in itinere non fuit in levi periculo. Sed dominus mirabiliter vix post haec acta paucis diebus elapsis confundebat Philippum, quoniam manifestato [a]) ipsius scelere profligatur tandem ex urbe et postea is factus castrensis concionator. Postquam rediisset ex bello, in Artzen [2]) pago pastor factus et ibi et in diversis locis aut idem aut simile tentavit quod Huxariae. Ideo etiam in vitae discrimen et in car-

a) *B und W:* manifesto.

[1]) *Im Staatsarchiv Marburg findet sich kein Material über diese Angelegenheit.*
[2]) *Ärzen bei Hameln.*

W 1092. ceris usque molestias prolapsus est propter maleficia. Tandem in pago Heinesen[1]) ad Visurgim prope arcem Polla moritur. Haec non sine dolore referimus et ita, ut sit citra ullius contumeliam, orantes Dominum Jesum, ut omnes pios servet a malo. Amen.

Illi substituitur Huxariae quidam Thomas N. Mindanus[2]). Et cum paulo[a]) ante morbo correptus vita fungeretur post multos labores utiles in ecclesia Huxariana exantlatos Johannes Molnerus Burensis, pietate et virtute praestans vir, ei succedit Paulus Grevenius ex schola ad munus ecclesiae translatus, qui antea auditis Molneri concionibus et lectis nostratium theologorum scriptis dederat se totum theologiae et ducta Molneri nepte fit quoque haeres bibliothecae Molneri, unde multum eruditionis hausit. Polhennius, ecclesiastes ad s. Nicolaum, qui quoque circa annum 1553. deposuerat interimisticam scabiem et doctrinam atque sinceram religionem receperat, moritur anno 1557. hydropisi[b]), et vocatur in eius locum Bernhardus Luderus Mindensis[3]).

Grevenius, porro ad s. Petrum pastor, per triennium fideliter docuit, et quia gravibus scandalis ecclesiam premi videbat seque concionibus et admonitionibus ista abolere et talibus mederi non posse cognoscebat, cessit ultro et obtinuit functionem in oppidulo Hassiae prope Casseliam dicto Immenhusen, atque in eius locum vocatur ex academia Jenensi anno 1559. Johannes Siffridus, civis filius, qui in ea academia d. Erhardum[c]) Snepffium, Illyricum, d. Musaeum, d. Wigandum[4]) per biennium audiverat[5]) et a doctore Musaeo examinatus et ordinatus venit in patriam, et cum is videret ista scandala evangelicae doctrinae plurimum nociva esse, propter quae suam stationem deseruerat Paulus Grevenius, coepit is quoque impia magistratus vel senatorii ordinis virorum et ditiorum civium cum Judaeis Christum filium

---

a) *fehlt B und W.* b) *W:* hydrope.
c) *B und W:* Eberhardum.

W

---

[1]) *Heinsen bei Polle.*
[2]) *Das Lagerbuch nennt ihn ebenfalls* Thomas Mindanus.
[3]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 226 und oben S. 85f.*
[4]) *Wigand wurde erst 1560 nach Jena berufen (Realenzyklopädie).*
[5]) *Vorher hatte er in Wittenberg studiert und war in Höxter Rektor gewesen. Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 273 und unten (W 1095).*

Dei blasphemiis extremis exsecrantibus reprehendere commercia, usuras et expilationes et imprimis, quod ibi ferret magistratus paedagogium Judaicum et praeceptorem eorum nostrae doctrinae manifeste maledicentem. Hanc iniquam conniventiam magistratus, qui acceptis ab istis impiis et blasphemis Judaeis muneribus connivebant et tacebant ad omnia, deinde canonicorum in collegio securitatem, impietatem, scortationem, luxum et perversitatem, quod omnia consumerent et nihil aedificationi ruinosi templi fenestris violatis et ministerio evangelii impenderent, manifeste et saepe reprehendit pro concione nec quoque subticuit, quod tres consules et alii cives suos filios rasurae et iuri abbatis propter praebendas ac beneficia submitterent atque ita istos deo Moloch consecrarent.

Hinc fit, ut a canonicis ad consules ipsi parum propitios *W 1093.* deferretur et accusaretur. Et quamquam se facile tueri et defendere potuit, tamen de illo amovendo initur consilium. Quaerunt igitur occasionem et tandem tres causas inveniunt, postquam ipsi structae essent insidiae. Cum forte astaret patri propter quosdam agellos litiganti coram senatu, dixerat patrem gravari sententia senatus. Hinc primam arripiunt dicentes illum, qui debebat ex scripturis tueri senatorium ordinem ut ordinationem Dei, iniustitiae insimulasse magistratum et sic dignitatem eius labefactasse. Secundam causam quaerebant ex quadam eius concione pomeridiana habita in festo visitationis Mariae ex cap. 11 [a]). Esaiae super versum „Non iudicabit iuxta auditum aurium nec visu oculorum", quoniam ibi movebat Siffridus quaestionem, quam et d. Brentius in explicatione eiusdem loci movit et tractat, an magistratus ex scripta lege vel ratione tantum ius dicere debeat. Ex ea quidam malevoli surripiunt verba pauca eaque reprobe inversa et intellecta ad consules deferunt clamantes Johannem Siffridum acriter iterum in senatum debacchatum esse. Ideo vix diebus 14 elapsis convocatur senatus, et iussu eorum dimittitur Johannes Siffridus. Postquam vero sui parochiani per deputatos quosdam quaererent causas dimissionis et dicerent, quod et vita et doctrina inculpatus esset, responderunt consules, primo quod iniustitiae in curia accusaverit senatum, secundo quod etiam in

a) *W:* II.

senatum stomachatus sit pro concione, tertio quod utatur Misnica lingua, cuius non est bene capax plebs. Etsi pro illo supplicarent parochiani, et simul eius socer M. Rodolphus Mollerus, superintendens in ecclesia Hamelensi, graviter moneret senatum Huxarianum per scripta sui officii et ipsos non habere iustas deponendi suum generum causas et, si quas praetendant, non esse eas vel tales, quarum se fateatur reum Siffridus, qui dixit se semper suorum verborum interpretem esse commodum, et adderet senatum bona conscientia non posse eripere parochianis expetentibus ministerium Siffridi suum generum; quod si vellent pii esse, cogitarent ministrorum munus hoc ipsis divinitus impositum esse, ut arguerent, monerent et docerent, itaque eum, qui ecclesiae et iuventuti in exercendo catechismo bonam operam fideliter navasset, non levibus causis eici debere, tamen illa omnia frustra tentabantur, quia sic stabat sententia, ut exautoratus esset Siffridus, cui hoc contigit, quod dicitur a Christo „Nemo propheta acceptus
*W 1094.* in patria". Vocatur igitur Hameliam a senatu, ut soceri sui collega esset et eum laboribus sublevaret. In istius locum substituitur Jacobus Reitelius, ex gubernaculo scholae Huxarianae exaltatus [1]).

Anno 1563. removetur quoque Thomas Mindanus, nescio, ob quae vitia, et cum Rolandus et Broderus cives proficiscerentur Lipsiam, Northusii in hospitio incidunt in Nicolaum Erbenium Gothanum, pastorem oppidi Sundershausen comitatus Schwartzburgensis, et cum intelligunt ipsum vocationem in Huxariana ecclesia non repudiaturum, si offerretur, ille redeuntibus istis civibus domum vocatur, qui Huxariae scripsit libellum, qui continet confutationem magicae et idololatricae consecrationis creaturarum aliarumque superstitionum horrendarum [2]), qui est editus anno Domini 1564., et is anno 1567.[3]) suscepit gradum magisterii Marpurgi [4]).

---

[1]) *Nach Paullini, Syntagma Stück IV S. 70 stammte er aus Harzgerode und war vorher in Göttingen und Hardegsen tätig.*

[2]) *Nicht ermittelt.*

[3]) *Bd. 1 H. 3 S. 275 Anm. 2 ist der Druckfehler 1566 in 1567 zu verbessern.*

[4]) *Sein Nachfolger wurde 1569 nach einem Manuskripte des Dechaneiarchivs in Höxter (chronikalische Aufzeichnung eines Kanonikus vom Petersstifte) Bd. 3 S. 280 Johannes Engelhard. Vgl. über Erbenius Bd. 1 H. 3 S. 275.*

Anno 1566. in ipsis feriis natalibus moritur Bernhardus Luderus, homo doctus et poeta, qui Huxariae vertit carmine et edidit Johannis epistolam primam, morbo comitiali, cui successit bonus senex Hermannus Lippiensis[1]), quo statim mortuo quidam Wilhelmus[2]), qui mox alio se contulit. Ita tandem Johannes Stalmeisterus, filius urbis, suscipitur ibidem.

Sed cum Reitelius propter locum suae uxori destinatum in templo magnas moveret tragoedias et in collegio decano vim aliquoties inferret et alia, quae ecclesiastem non decent, agere diceretur, dimittitur[3]), et vocatur Martinus Hoitbanthus Paderbornensis in ipsius locum. Interim dimissus voluit is Jacobus Reitelius multa movere de iure et violenter contra senatum agere. Sed frustra. Diximus de Martino Hoitbantho in historia Paderbornensi[4]).

---

*Dazu kann ich jetzt nachtragen:* Eine kurtze Leichpredigt: Über das Sprüchlein Apocalyp. am 14. Capitel. Beati mortui, etc. Bey der Begrebnis des Ehrwirdigen vnd Wolgelarten Ern M. Nicolai Erbenii, Pfarherrs in Erffordt zun Predigern gethan durch Johan. Gallum, heiliger Schrifft Doct. Sampt zweyen Epitaphijs oder Grabschrifften. Gedruckt zu Erffordt durch Johann Beck. Anno M. D. LXXXVII. <*Braunschweig StB*>. — *Bl. B 2a heißt es von Erbenius:* Er ist lange zeit unsers HERRN Gottes Diener gewesen im heiligen Predigampt und Pfarherr. Erstlich zu Taleben bey Franckenhausen in der Graffschafft Schwartzburg ein Jar. Darnach fünff gantzer Jar zu Giechenburg in derselbigen Herrschafft. Denn sechs Jar zu Höxer in Westphalen, durch welcher Furschub er auch Anno 64 (!) in der löblichen Universitet Marburg in Hessen Magister worden. Ferner sechs Jahr zu Alfeld im Lande Braunschweig, da er General Superintendens war. Item, hernacher drittehalb Jar zu Creutzburg, und denn nun hie zu Erffordt ins zehende Jar. Denn Anno 76. ist er herkommen. Das ist eine schöne denckwirdige zeit, machet zusammen gantzer dreißig Jar. Und kan niemands mit Warheit anders sagen, denn das er Gottes Wort rein geprediget und die heiligen hochwirdigen Sacrament nach Christi Einsetzung ausgespendet. Wie feindlichen er sich gegen der Beptischen Abgöttische Gottschendische Irrthumen erzeiget hat, ist uns hier bewust. So war er auch gentzlich zuwider den Sacramentirern und andern unserer Zeit Secten, wie nicht alleine aus seinen öffentlichen Predigten, die er hie und an gedachten Örtern gethan, sondern auch aus seinen Schrifften, die er bey seinem Leben in Druck verfertiget, genugsam erscheinet . . .

[1]) *Nach dem Lagerbuche und Falcke S. 101 Hermann Gebehard aus Lippstadt.*

[2]) *Falcke ebenda nennt ihn Wilhelmi.*

[3]) *1567. Nach Paullini a. a. O. fand er an St. Alexander in Einbeck Anstellung und starb dort am 4. Februar 1593. Vgl. auch Kayser a. a. O. S. 11. Paullini druckt daselbst S. 73—113 ein angeblich von ihm verfaßtes Chronicon Hillesheimense ab.*

[4]) *S. oben S. 123—178.*

## De schola.

Schola illustris ibi nunquam fuit, sed tantum puerilis et trivialis. Primo praefuit scholae evangelicae Conradus quidam, mox Christoferus Wedigenus, qui etiam interdum docuit in ecclesia. Huic succedit Johannes Embecensis, vir doctus, post hunc Bartholdus Frundius [1]), cui succedit Bartholdus Alruschius [2]) civis, et Frundio et Alruschio conrector erat Jodocus Wordehenkenus, eruditus vir. Postea Bartholdus Richius circa annum 1546. rectorem ibi egit, qui postea promotus in iuris doctorem consiliarius hodie est ducis Brunswicensis [3]). Hi erant ante Interim ibi scholae moderatores.

Post Interim fuit ibi gubernator iuventutis Paulus Grevenius Brunswicensis, qui postea ibi fit ecclesiastes [4]). Huic erat con-
*W 1095.* rector Adamus Siffridus [5]). Deinde etiam ei conrector erat Cyriacus Wolffius vel [a]) Lupus [a]), civis filius, homo doctus, qui postea magister est promotus Witenbergae [6]). Post hunc fit conrector et tandem rector Johannes Siffridus, cui tunc frater Adam Siffridus erat conrector. Siffridus post regimen et functionem scholasticam traditam docto viro Arnoldo Svidero Hornensi [7]) proficiscitur Ienam et post biennium [8]) vocatur in pastorem ecclesiae Huxarianae. Svidero fuit collega Justus Pansa, qui etiam Svidero ad Gottingensis scholae gubernationem proficiscenti et vocato succedit in

a) *fehlt B und W.*

[1]) Bartoldus Freundt Westvalus *wurde am 23. April 1545 in Wittenberg immatrikuliert (Album 1, 221).*

[2]) Bartholdus Alruss de Ebeck *(Einbeck)* dioc. Maguntinen. *hatte ebenfalls in Wittenberg studiert, wo er am 14. Oktober 1519 immatrikuliert wurde (Album 1, 85).*

[3]) *Er stammte aus Holzminden, wurde im Sommer 1542 in Leipzig immatrikuliert, 1544 bacc., 1549 magister, 1550 in cons. fac. rec., war 1552 Vizekanzler und 1553 Rektor (Matrikel hrsg. von Erler). Als Kanzler in Hannover wird er 1563 und 1573 genannt (U. F. Ch. Manecke, Biographische Skizzen von den Kanzlern der Herzöge von Braunschweig-Lüneburg, die Rechtsgelehrte gewesen sind, Lüneburg 1823, S. 39).*

[4]) *Vgl. oben S. 360.* [5]) *Vgl. oben S. 361.*

[6]) *Er wurde dort am 6. Mai 1550 als* Cyriacus Wolf Hoxariensis *immatrikuliert (Album 1, 256).*

[7]) *Vgl. über ihn Bd. 1 H. 3 S. 261.*

[8]) *1559. Vgl. oben S. 366.*

rectoratu. Post hunc venit Jacobus Reitelius[a]), qui ex schola vocatur in locum Siffridi ecclesiastes[1]).

De Corbiensi collegio.

Abbatia Corbiensis, ex qua olim prodierunt viri docti, episcopi varii, quae etiam cum Osnaburgensi collegio fuit totius Westphaliae, imo Saxoniae phrontisterium ante quingentos annos, nunc est saecularis principatus, et ibi viget papistica religio, quamquam, qui hodie ibi abbas est, Reinerus a Buckholt[2]), sit studiorum patronus et evangelio clam addictus, vir doctrina et usu rerum praestans, cui[b]) opto, ut tandem cum Nicodemo ad veram lucem et confessionem evangelii accedat, Amen. Et[c]) isto Reinero demortuo eligunt ibi capitulares ex suo ordine Theodoricum a Borninckhausen[3]), qui nunc principatui isti et veteri Saxoniae phrontisterio laudabiliter praeest.

a) *A, B, W:* Rittelius.
b) *Von hier ab bis zum Ende des Satzes später in A gestrichen.*
c) *Dieser Satz ist in A vom Verf. hinzugefügt, fehlt B und W.*

1) *Vgl. oben S. 368.* 2) *1555—1585. Vgl. Bd. 1 H. 3 S. 274.*
3) *Dietrich v. Beringhausen 1585—1616.*